

BUSSPSALM I

- | | |
|--|---|
| <p>[1] ⁶ ² Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.</p> <p>[2] ³ Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum; sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.</p> <p>[3] ⁴ Et anima mea turbata est valde; sed tu, Domine, usquequo?</p> <p>[4] ⁵ Convertere, Domine, et eripe animam meam; salvum me fac propter misericordiam tuam.</p> <p>[5] ⁶ Quoniam non est in morte qui memor sit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi?</p> <p>[6] ⁷ Laboravi in gemitu meo; lavabo per singulas noctes lectum meum; lacrymis meis stratum meum rigabo.</p> <p>[7] ⁸ Turbatus est a furore oculus meus; inveteravi inter omnes inimicos meos.</p> <p>[8] ⁹ Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.</p> <p>[9] ¹⁰ Exaudivit Dominus deprecationem meam; Dominus orationem meam suscepit.</p> <p>[10] ¹¹ Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei; convertantur, et erubescant valde velociter.</p> <p>[11] Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.</p> <p>[12] Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.</p> | <p>⁶ Herr, strafe mich nicht in deinem Zorn /, und züchtige mich nicht in deinem Grimm!</p> <p>³ Sei mir gnädig, Herr, ich sieche dahin; / heile mich, Herr, denn meine Glieder zerfallen!</p> <p>⁴ Meine Seele ist tief verstört. / Du aber, Herr, wie lange säumst du noch?</p> <p>⁵ Herr, wende dich mir zu und errette mich, / in deiner Huld bring mir Hilfe!</p> <p>⁶ Denn bei den Toten denkt niemand mehr an dich. / Wer wird dich in der Unterwelt noch preisen?</p> <p>⁷ Ich bin erschöpft vom Seufzen, / jede Nacht benetzen Ströme von Tränen mein Bett, / ich überschwemme mein Lager mit Tränen.</p> <p>⁸ Mein Auge ist getrübt vor Kummer, / ich bin gealtert wegen all meiner Gegner.</p> <p>⁹ Weicht zurück von mir, all ihr Frevler; / denn der Herr hat mein lautes Weinen gehört.</p> <p>¹⁰ Gehört hat der Herr mein Flehen, / der Herr nimmt mein Beten an.</p> <p>¹¹ In Schmach und Verstörung geraten all meine Feinde, / sie müssen weichen und gehen plötzlich zugrunde.
Ehre sei dem Vater und dem Sohne und dem heiligen Geist,
Wie es war im Anfang, und jetzt und immerdar von Ewigkeit zu Ewigkeiten. Amen.</p> |
|--|---|

BUSSPSALM II

- | | |
|--|---|
| <p>³¹</p> <p>[1] Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.</p> <p>[2] ² Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum, nec est in spiritu ejus dolus.</p> <p>[3] ³ Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die.</p> <p>[4] ⁴ Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua, conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.</p> <p>[5] ⁵ Delictum meum cognitum tibi feci, et injustitiam meam non abscondi.</p> <p>[6] Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino; et tu remisisti impietatem peccati mei.</p> | <p>³²</p> <p>Wohl dem, dessen Frevel vergeben / und dessen Sünde bedeckt ist.</p> <p>² Wohl dem Menschen, dem der Herr die Schuld nicht zur Last legt / und dessen Herz keine Falschheit kennt.</p> <p>³ Solang' ich es verschwie, waren meine Glieder matt, / den ganzen Tag mußte ich stöhnen.</p> <p>⁴ Denn deine Hand lag schwer auf mir bei Tag und bei Nacht; / meine Lebenskraft war verdorrt wie durch die Glut des Sommers. [Sela]</p> <p>⁵ Da bekannte ich dir meine Sünde / und verbarg nicht länger meine Schuld vor dir.
Ich sagte: Ich will dem Herrn meine Frevel bekennen. / Und du hast mir die Schuld vergeben. [Sela]</p> |
|--|---|

- [7] ⁶ Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.
- [8] Verumtamen in diluvio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.
- [9] ⁷ Tu es refugium meum a tribulatione quæ circumdedit me; exsultatio mea, erue me a circumdantibus me.
- [10] ⁸ Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac qua gradieris; firmabo super te oculos meos.
- [11] ⁹ Nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus.
- [12] In camo et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.
- [13] ¹⁰ Multa flagella peccatoris; sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.
- [14] ¹¹ Lætamini in Domino, et exsultate, justi; et gloriamini, omnes recti corde.
- [15] Gloria ...
- [16] Sicut erat ...
- ⁶ Darum soll jeder Fromme in der Not zu dir beten; / fluten hohe Wasser heran, ihn werden sie nicht erreichen.
- ⁷ Du bist mein Schutz, bewahrst mich vor Not; / du rettetest mich und hüllst mich in Jubel. [Sela]
- ⁸ Ich unterweise dich und zeige dir den Weg, den du gehen sollst. / Ich will dir raten; über dir wacht mein Auge.
- ⁹ Werdet nicht wie Roß und Maultier, / die ohne Verstand sind.
Mit Zaum und Zügel muß man ihr Ungestüm bändigen, / sonst folgen sie dir nicht.
- ¹⁰ Der Frevler leidet viele Schmerzen, / doch wer dem Herrn vertraut, den wird er mit seiner Huld umgeben.
- ¹¹ Freut euch am Herrn und jauchzt, ihr Gerechten, / jubelt alle, ihr Menschen mit redlichem Herzen!
Ehre sei ...

BUSSPSALM III

- 37
- [1] ² Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me;
- [2] ³ quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, et confirmasti super me manum tuam.
- [3] ⁴ Non est sanitas in carne mea, a facie iræ tuæ; non est pax ossibus meis, a facie peccatorum meorum:
- [4] ⁵ quoniam iniquitates me supergressæ sunt caput meum, et sicut onus grave gravatæ sunt super me.
- [5] ⁶ Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ.
- [6] ⁷ Miser factus sum et curvatus sum usque in finem; tota die contristatus ingrediebar.
- [7] ⁸ Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, et non est sanitas in carne mea.
- [8] ⁹ Afflictus sum, et humiliatus sum nimis; rugiebam a gemitu cordis mei.
- [9] ¹⁰ Domine, ante te omne desiderium meum, et gemitus meus a te non est absconditus.
- [10] ¹¹ Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea, et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.
- [11] ¹² Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt, et steterunt;
- [12] et qui juxta me erant, de longe steterunt.
- ¹³ Et vim faciebant qui quærebant animam meam.
- 38
- ² Herr, strafe mich nicht in deinem Zorn, / und züchtige mich nicht in deinem Grimm!
- ³ Denn deine Pfeile haben mich getroffen, / deine Hand lastet schwer auf mir.
- ⁴ Nichts blieb gesund an meinem Leib, weil du mir grollst, / weil ich gesündigt, blieb an meinen Gliedern nichts heil.
- ⁵ Denn meine Sünden schlugen mir über dem Kopf zusammen, / sie erdrücken mich wie eine schwere Last.
- ⁶ Mir schwären, mir eitern die Wunden / wegen meiner Torheit.
- ⁷ Ich bin gekrümmt und tief gebeugt, / den ganzen Tag geh' ich traurig einher.
- ⁸ Denn meine Lenden sind voller Brand, / nichts blieb gesund an meinem Leib.
- ⁹ Kraftlos bin ich und ganz zerschlagen, / ich schreie in der Qual meines Herzens.
- ¹⁰ All mein Sehnen, Herr, liegt offen vor dir, / mein Seufzen ist dir nicht verborgen.
- ¹¹ Mein Herz pocht heftig, mich hat die Kraft verlassen, / geschwunden ist mir das Licht der Augen.
- ¹² Freunde und Gefährten bleiben mir fern in meinem Unglück, / und meine Nächsten meiden mich.
- ¹³ Die mir nach dem Leben trachten, legen mir Schlingen; / die mein Unheil suchen, planen

- | | | |
|------|---|--|
| [13] | Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, et dolos tota die meditabantur. | Verderben, / den ganzen Tag haben sie Arglist im Sinn. |
| [14] | ¹⁴ Ego autem, tanquam surdus, non audiebam; et sicut mutus non aperiens os suum. | ¹⁴ Ich bin wie ein Tauber, der nicht hört, / wie ein Stummer, der den Mund nicht auf tut. |
| [15] | ¹⁵ Et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones. | ¹⁵ Ich bin wie einer, der nicht mehr hören kann, / aus dessen Mund keine Entgegnung kommt. |
| [16] | ¹⁶ Quoniam in te, Domine, speravi; tu exaudies me, Domine Deus meus. | ¹⁶ Doch auf dich, Herr, harre ich; / du wirst mich erhören, Herr, mein Gott. |
| [17] | ¹⁷ Quia dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei; et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt. | ¹⁷ Denn ich sage: Über mich sollen die sich nicht freuen, / die gegen mich prahlen, wenn meine Füße straucheln. |
| [18] | ¹⁸ Quoniam ego in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper. | ¹⁸ Ich bin dem Fallen nahe, / mein Leid steht mir immer vor Augen. |
| [19] | ¹⁹ Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, et cogitabo pro peccato meo. | ¹⁹ Ja, ich bekenne meine Schuld, / ich bin wegen meiner Sünde in Angst. |
| [20] | ²⁰ Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me; et multiplicati sunt qui oderunt me inique. | ²⁰ Die mich ohne Grund befehden, sind stark; / viele hassen mich wegen nichts. |
| [21] | ²¹ Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. | ²¹ Sie vergelten mir Gutes mit Bösem, / sie sind mir feind; denn ich trachte nach dem Guten. |
| [22] | ²² Ne derelinquas me, Domine Deus meus; ne discesseris a me. | ²² Herr, verlaß mich nicht, bleib mir nicht fern, mein Gott! |
| [23] | ²³ Intende in adiutorium meum, Domine, Deus salutis meae. | ²³ Eile mir zu Hilfe, Herr, du mein Heil! |
| [24] | Gloria . . . | Ehre sei . . . |
| [25] | Sicut erat . . . | |

BUSSPSALM IV

- | | | | |
|-----|--|--|--|
| | 50 | | 51 |
| [1] | ³ Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam; | | ³ Gott, sei mir gnädig nach deiner Huld, / tilge meine Frevel nach deinem reichen Erbarmen! |
| [2] | et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. | | |
| [3] | ⁴ Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me. | | ⁴ Wasch meine Schuld von mir ab, / und mach mich rein von meiner Sünde! |
| [4] | ⁵ Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper. | | ⁵ Denn ich erkenne meine bösen Taten, / meine Sünde steht mir immer vor Augen. |
| [5] | ⁶ Tibi soli peccavi, et malum coram te feci; ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris. | | ⁶ Gegen dich allein habe ich gesündigt, / ich habe getan, was dir mißfällt.
So behältst du recht mit deinem Urteil, / rein stehst du da als Richter. |
| [6] | ⁷ Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. | | ⁷ Denn ich bin in Schuld geboren; / in Sünde hat mich meine Mutter empfangen. |
| [7] | ⁸ Ecce enim veritatem dilexisti; incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. | | ⁸ Lauterer Sinn im Verborgenen gefällt dir, / im Geheimen lehrst du mich Weisheit. |
| [8] | ⁹ Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealabor. | | ⁹ Entsündige mich mit Ysop, dann werde ich rein; / wasche mich, dann werde ich weißer als Schnee. |
| [9] | ¹⁰ Auditui meo dabis gaudium et lætitiā, et exultabunt ossa humiliata. | | ¹⁰ Sättige mich mit Entzücken und Freude! / Jubeln sollen die Glieder, die du zerschlagen hast. |

- [10] ¹¹ A verte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.
- [11] ¹² Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis.
- [12] ¹³ Ne projicias me a facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
- [13] ¹⁴ Redde mihi lætitiā salutaris tui, et spiritu principali confirma me.
- [14] ¹⁵ Docebo iniquos vias tuas; et impii ad te convertentur.
- [15] ¹⁶ Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ, et exsultabit lingua mea iustitiā tuam.
- [16] ¹⁷ Domine, labia mea aperies; et os meum annuntiabit laudem tuam.
- [17] ¹⁸ Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique; holocaustis non delectaberis.
- [18] ¹⁹ Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.
- [19] ²⁰ Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Jerusalem.
- [20] ²¹ Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes et holocausta; tunc imponent super altare tuum vitulos.
- [21] Gloria . . .
- [22] Sicut erat . . .
- ¹¹ Verbirg dein Gesicht vor meinen Sünden, / tilge all meine Frevel!
- ¹² Erschaffe mir, Gott, ein reines Herz, / und gib mir einen neuen, beständigen Geist!
- ¹³ Verwirf mich nicht von deinem Angesicht, / und nimm deinen heiligen Geist nicht von mir!
- ¹⁴ Mach mich wieder froh mit deinem Heil; / mit einem willigen Geist rüste mich aus!
- ¹⁵ Dann lehre ich Abtrünnige deine Wege, / und die Sünder kehren um zu dir.
- ¹⁶ Befrei mich von Blutschuld, Herr, du Gott meines Heiles, / dann wird meine Zunge jubeln über deine Gerechtigkeit.
- ¹⁷ Herr, öffne mir die Lippen, / und mein Mund wird deinen Ruhm verkünden.
- ¹⁸ Schlachtopfer willst du nicht, ich würde sie dir geben; / an Brandopfern hast du kein Gefallen.
- ¹⁹ Das Opfer, das Gott gefällt, ist ein zerknirschter Geist, / ein zerbrochenes und zerschlagenes Herz wirst du, Gott, nicht verschmähen.
- ²⁰ In deiner Huld tu Gutes an Zion; / bau die Mauern Jerusalems wieder auf!
- ²¹ Dann hast du Freude an rechten Opfern, / an Brandopfern und Ganzopfern, / dann opfert man Stiere auf deinem Altar. Ehre sei . . .

BUSSPSALM V

- 101
- [1] ² Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat.
- [2] ³ Non avertas faciem tuam a me; in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam;
- [3] in quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.
- [4] ⁴ Quia defecerunt sicut fumus dies mei, et ossa mea sicut cremium aruerunt.
- [5] ⁵ Percussus sum ut fœnum, et aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.
- [6] ⁶ A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.
- [7] ⁷ Similis factus sum pellicano solitudinis; factus sum sicut nycticorax in domicilio.
- [8] ⁸ Vigilavi, et factus sum sicut passer solitarius in tecto.
- [9] ⁹ Tota die exprobrabant mihi inimici mei, et qui laudabant me adversum me jurabant:
- [10] ¹⁰ quia cinerem tamquam panem manducabam, et poculum meum cum fletu miscebam;
- 102
- ² Herr, höre mein Gebet! / Mein Schreien dringe zu dir.
- ³ Verbirg dein Antlitz nicht vor mir! / Wenn ich in Not bin, wende dein Ohr mir zu! / Wenn ich dich anrufe, erhöhe mich bald!
- ⁴ Meine Tage sind wie Rauch geschwunden, / meine Glieder wie von Feuer verbrannt.
- ⁵ Versengt wie Gras und verdorrt ist mein Herz, / so daß ich vergessen habe, mein Brot zu essen.
- ⁶ Vor lauter Stöhnen und Schreien / bin ich nur noch Haut und Knochen.
- ⁷ Ich bin wie eine Dohle in der Wüste, / wie eine Eule in öden Ruinen.
- ⁸ Ich liege wach, und ich klage / wie ein einsamer Vogel auf dem Dach.
- ⁹ Den ganzen Tag schmähen mich die Feinde; / die mich verhöhnen, nennen meinen Namen beim Fluchen.
- ¹⁰ Staub muß ich essen wie Brot, / mit Tränen mische ich meinen Trank;

- [11] ¹¹ a facie iræ et indignationis tuæ, quia elevans allisisti me.
- [12] ¹² Dies mei sicut umbra declinaverunt, et ego sicut fœnum arui.
- [13] ¹³ Tu autem, Domine, in æternum permanes, et memoriale tuum in generationem et generationem.
- [14] ¹⁴ Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus;
- [15] ¹⁵ quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, et terræ ejus miserebuntur.
- [16] ¹⁶ Et timebunt gentes nomen tuum, Domine, et omnes reges terræ gloriam tuam;
- [17] ¹⁷ quia ædificavit Dominus Sion, et videbitur in gloria sua,
- [18] ¹⁸ Respexit in orationem humilium, et non sprexit precem eorum.
- [19] ¹⁹ Scribantur hæc in generatione altera, et populus qui creabitur laudabit Dominum.
- [20] ²⁰ Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit;
- [21] ²¹ ut audiret gemitus compeditorum, ut solveret filios interemptorum;
- [22] ²² ut annuntiet in Sion nomen Domini, et laudem ejus in Jerusalem,
- [23] ²³ in conveniendo populos in unum, et reges ut serviant Domino.
- [24] ²⁴ Respondit ei in via virtutis suæ: Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.
- [25] ²⁵ Ne revoces me in dimidio dierum meorum; in generationem et generationem anni tui.
- [26] ²⁶ Initio tu, Domine, terram fundasti; et opera manuum tuarum sunt cæli.
- [27] ²⁷ Ipsi peribunt, tu autem permanes; et omnes sicut vestimentum veterascent.
- [28] ²⁸ Et sicut opertorium mutabis eos, et mutantur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.
- [29] ²⁹ Filii servorum tuorum habitabunt; et semen eorum in sæculum dirigetur.
- [30] Gloria . . .
- [31] Sicut erat . . .
- ¹¹ denn auf mir lasten dein Zorn und dein Grimm. / Du hast mich hochgerissen und zu Boden geschleudert.
- ¹² Meine Tage schwinden dahin wie Schatten / ich verdorre wie Gras.
- ¹³ Du aber, Herr, du thronst für immer und ewig, / dein Name dauert von Geschlecht zu Geschlecht.
- ¹⁴ Du wirst dich erheben, dich über Zion erbarmen; / denn es ist Zeit, ihm gnädig zu sein, die Stunde ist da.
- ¹⁵ An Zions Steinen hängt das Herz deiner Knechte, / um seine Trümmer tragen sie Leid.
- ¹⁶ Dann fürchten die Völker den Namen des Herrn / und alle Könige der Erde deine Herrlichkeit.
- ¹⁷ Denn der Herr baut Zion wieder auf / und erscheint in all seiner Herrlichkeit.
- ¹⁸ Er wendet sich dem Gebet der Verlassenen zu, / ihre Bitten verschmäht er nicht.
- ¹⁹ Dies sei aufgeschrieben für das kommende Geschlecht, / damit das Volk, das noch erschaffen wird, den Herrn lobpreise.
- ²⁰ Denn der Herr schaut herab aus heiliger Höhe, / vom Himmel blickt er auf die Erde nieder;
- ²¹ er will auf das Seufzen der Gefangenen hören / und alle befreien, die dem Tod geweiht sind,
- ²² damit sie den Namen des Herrn auf dem Zion verkünden / und sein Lob in Jerusalem,
- ²³ wenn sich dort Königreiche und Völker versammeln, / um den Herrn zu verehren.
- ²⁴ Er hat meine Kraft auf dem Weg gebrochen, / er hat meine Tage verkürzt.
- ²⁵ Darum sage ich: Raff mich nicht weg in der Mitte des Lebens, / mein Gott, dessen Jahre Geschlecht um Geschlecht überdauern!
- ²⁶ Vorzeiten hast du der Erde Grund gelegt, / die Himmel sind das Werk deiner Hände.
- ²⁷ Sie werden vergehen, du aber bleibst; / sie alle zerfallen wie ein Gewand; du wechselst sie wie ein Kleid, / und sie schwinden dahin.
- ²⁸ Du aber bleibst, der du bist, / und deine Jahre enden nie.
- ²⁹ Die Kinder deiner Knechte werden (in Sicherheit) wohnen, / ihre Nachkommen vor deinem Antlitz bestehen.
Ehre sei . . .

BUSSPSALM VI

- | | |
|--|---|
| <p>129</p> <p>[1] De profundis clamavi ad te, Domine;</p> <p>[2] ² Domine, exaudi vocem meam.</p> <p>[3] ³ Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?</p> <p>[4] ⁴ Quia apud te propitiatio est; et propter legem tuam sustinui te, Domine.</p> <p>[5] ⁵ Sustinuit anima mea in verbo ejus; speravit anima mea in Domino.</p> <p>[6] ⁶ A custodia matutina usque ad noctem, speret Israel in Domino;</p> <p>[7] ⁷ quia apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio.</p> <p>[8] ⁸ Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus.</p> <p>[9] Gloria . . .</p> <p>[10] Sicut erat . . .</p> | <p>130</p> <p>Aus der Tiefe rufe ich, Herr, zu dir: /
 ² Herr, höre meine Stimme!
 Wende dein Ohr mir zu, / achte auf mein lautes Flehen!
 ³ Würdest du, Herr, unsere Sünden beachten, / Herr, wer könnte bestehen?
 ⁴ Doch bei dir ist Vergebung, / damit man in Ehrfurcht dir dient.
 ⁵ Ich hoffe auf den Herrn, es hofft meine Seele, / ich warte voll Vertrauen auf sein Wort.
 ⁶ Meine Seele wartet auf den Herrn / mehr als die Wächter auf den Morgen.
 Mehr als die Wächter auf den Morgen /
 ⁷ soll Israel harren auf den Herrn.
 Denn beim Herrn ist die Huld, / bei ihm ist Erlösung in Fülle.
 ⁸ Ja, er wird Israel erlösen / von all seinen Sünden.
 Ehre sei . . .</p> |
|--|---|

BUSSPSALM VII

- | | |
|--|---|
| <p>142</p> <p>[1] Domine, exaudi orationem meam; auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua; exaudi me in tua justitia.</p> <p>[2] ² Et non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.</p> <p>[3] ³ Quia persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam;</p> <p>[4] ⁴ collocavit me in obscuris, sicut mortuos sæculi.</p> <p>[5] ⁵ Et anxius est super me spiritus meus; in me turbatum est cor meum.</p> <p>[6] ⁶ Memor fui dierum antiquorum; meditatus sum in omnibus operibus tuis, et in factis manuum tuarum meditabar.</p> <p>[7] ⁷ Expandi manus meas ad te; anima mea sicut terra sine aqua tibi.</p> <p>[8] ⁸ Velociter exaudi me, Domine; defecit spiritus meus.</p> <p>[9] Non avertas faciem tuam a me, et similis ero descendentibus in lacum.</p> <p>[10] ¹⁰ Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi.</p> <p>[11] Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam.</p> | <p>143</p> <p>Herr, höre mein Gebet, vernimm mein Flehen; / in deiner Treue erhöre mich, in deiner Gerechtigkeit!</p> <p>² Geh mit deinem Knecht nicht ins Gericht; / denn keiner, der lebt, ist gerecht vor dir.</p> <p>³ Der Feind verfolgt mich, tritt mein Leben zu Boden, / er läßt mich in der Finsternis wohnen wie längst Verstorbene.</p> <p>⁴ Mein Geist verzagt in mir, / mir erstarrt das Herz in der Brust.</p> <p>⁵ Ich denke an die vergangenen Tage, / sinne nach über all deine Taten, / erwäge das Werk deiner Hände.</p> <p>⁶ Ich breite die Hände aus (und bete) zu dir; / meine Seele dürstet nach dir wie lechzendes Land.</p> <p>⁷ Herr, erhöre mich bald, / denn mein Geist wird müde;
 verbirg dein Antlitz nicht vor mir, / damit ich nicht werde wie Menschen, die längst begraben sind.</p> <p>⁸ Laß mich deine Huld erfahren am frühen Morgen; / denn ich vertraue auf dich.
 Zeig mir den Weg, den ich gehen soll; / denn ich erhebe meine Seele zu dir.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| <p>[11] ⁹ Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi.</p> <p>¹⁰ Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.</p> <p>[12] Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.</p> <p>¹¹ Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me; in æquitate tua,</p> <p>[13] educes de tribulatione animam meam;</p> <p>¹² et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos,</p> <p>[14] et perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniam ego servus tuus sum.</p> <p>[15] Gloria . . .</p> <p>[16] Sicut erat . . .</p> | <p>⁹ Herr, entreiß mich den Feinden! / Zu dir nehme ich meine Zuflucht.</p> <p>¹⁰ Lehre mich, deinen Willen zu tun; denn du bist mein Gott. / Dein guter Geist leite mich auf ebenem Pfad.</p> <p>¹¹ Um deines Namens willen, Herr, erhalt mich am Leben, / führe mich heraus aus der Not in deiner Gerechtigkeit!</p> <p>¹² Vertilge in deiner Huld meine Feinde, / laß all meine Gegner untergehn! / Denn ich bin dein Knecht.</p> <p>Ehre sei . . .</p> |
|---|--|

LAUDES DOMINI

- | | |
|---|---|
| <p>[I] 148 [Alleluia.]
 Laudate Dominum, de cælis; laudate eum in excelsis.
 ² Laudate eum, omnes angeli ejus; laudate eum, omnes virtutes ejus.
 ³ Laudate eum, sol et luna; laudate eum, omnes stellæ et lumen.
 ⁴ Laudate eum, cæli cælorum; et aquæ quæ super cælos sunt
 ⁵ laudent nomen Domini. Quia ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt.
 ⁶ Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi; præceptum posuit, et non præteribit.</p> <p>[II] ⁷ Laudate Dominum, de terra: dracones et omnes abyssi;
 ⁸ ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus;
 ⁹ montes, et omnes colles; ligna fructifera, et omnes cedri;
 ¹⁰ bestię, et universa pecora; serpentes, et volucres pennatę;
 ¹¹ reges terrę et omnes populi, principes et omnes iudices terrę.</p> <p>[III] ¹² Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini,
 ¹³ quia exaltatum est nomen ejus solius.</p> <p>¹⁴ [Confessio ejus super cælum et terram; et exaltavit cornu populi sui.] Hymnus omnibus sanctis ejus; filiis Israel, populo appropinquanti sibi.
 [Alleluia.]</p> | <p>148 [Halleluja!]
 Lobet den Herrn vom Himmel her, / lobt ihn in den Höhen:
 ² Lobt ihn, all seine Engel, / lobt ihn, all seine Scharen;
 ³ lobt ihn, Sonne und Mond, / lobt ihn, all ihr leuchtenden Sterne;
 ⁴ lobt ihn, alle Himmel / und ihr Wasser über dem Himmel!
 ⁵ Loben sollen sie den Namen des Herrn; / denn er gebot, und sie waren erschaffen.
 ⁶ Er stellte sie hin für immer und ewig, / er gab ihnen ein Gesetz, das sie nicht übertreten.</p> <p>⁷ Lobet den Herrn, ihr auf der Erde, / ihr Seeungeheuer und all ihr Tiefen,
 ⁸ Feuer und Hagel, Schnee und Nebel, / du Sturmwind, der sein Wort vollzieht,
 ⁹ ihr Berge und all ihr Hügel, / ihr Fruchtbäume und alle Zedern,
 ¹⁰ ihr wilden Tiere und alles Vieh, / Kriechtiere und gefiederte Vögel,
 ¹¹ ihr Könige der Erde und alle Völker, / ihr Fürsten und alle Richter auf Erden,
 ¹² ihr jungen Männer und auch ihr Mädchen, / ihr Alten mit den Jungen!
 ¹³ Loben sollen sie den Namen des Herrn; / [denn sein Name allein ist erhaben, / seine Hoheit strahlt über Erde und Himmel.
 ¹⁴ Seinem Volk verleiht er Macht,] / das ist ein Ruhm für all seine Frommen, / für Israels Kinder, das Volk, das ihm nahen darf. / [Halleluja!]</p> |
| <p>150 [Alleluia.]
 Laudate Dominum in sanctis ejus; laudate eum in firmamento virtutis ejus.</p> <p>[IV] ² Laudate eum in virtutibus ejus; laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.
 ³ Laudate eum in sono tubę; laudate eum in psalterio et cithara.
 ⁴ Laudate eum in tympano et choro; laudate eum in chordis et organo.
 ⁵ Laudate eum in cymbalis benesonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis.
 ⁶ Omnis spiritus laudet Dominum!
 [Alleluia.]</p> | <p>150 [Halleluja!]
 Lobet Gott in seinem Heiligtum, / lobt ihn in seiner mächtigen Feste!
 ² Lobt ihn für seine großen Taten, / lobt ihn in seiner gewaltigen Größe!
 ³ Lobt ihn mit dem Schall der Hörner, / lobt ihn mit Harfe und Zither!
 ⁴ Lobt ihn mit Pauken und Tanz, / lobt ihn mit Flöten und Saitenspiel!
 ⁵ Lobt ihn mit hellen Zimbeln, / lobt ihn mit klingenden Zimbeln!
 ⁶ Alles, was atmet, / lobe den Herrn!
 [Halleluja!]</p> |